

pitalitatis officium à Sanctis Patribus fre-  
quenter commendatum quantum fieri poterit  
prompte benignoq; exercere assūescat, memo-  
res, eos, qui hospitalitatē amant, Christum in  
hospitibus recipere. Vel saltim curam & dili-  
gentiam adhibere debent ut in populis sibi  
assignatis hospitalia erigantur, in quibus in-  
firmis, egenis & peregrinis [quorum in mag-  
nis ciuitatibus non parua est multitudo] ad  
vitā necessaria, vel saltim omnia Sacra-  
menta cum debita reverentia administrentur. In quo  
maxime commēdari debet & cohonestari pro  
uincia Michuacanensis Sanctorum Apostolo-  
rum Petri & Pauli, in qua nullus fere est po-  
pulus [etiam de visita] qui non habeat hospita-  
le in quo summa cura & diligentia omnibus  
infirmis necessaria præbentur, & quod amplius  
est Sacra-  
menta Penitentię, Eucharistię, &  
Uncionis Extreme, administrantur. Et qui-  
dem quando nullum aliud commodum infir-  
mis proueniret, illud est magnum, q; omnes in  
hospitibus morientes, indulgentiam plena-  
riani omnium peccatorum consequuntur, vt  
patet ver. Hospitalia. Hęc & alia multa tenen-  
tur Parochi suis præstare ouibus, vt debite su-  
um officium exequantur, vt patet per multas

¶ \*\*\* Sessio-